Ave Celestinorum d'amiens

Exordium in regula beati benedicti abbatis.

Legitur in proverbiis viii. Doctrina
prudentium facilis. Ideoque qui sa
pientiam docere student non sub
tilitates sed profectus discipulorum
et utilitates querere debent exemplo domini dicen
tis in ysaia. Ego dominus deus tuus docens te uti
lia. Non subtilia sed utilia dicit se docere. Cu
ius rector subtilitati verborum intendit utilitatis
sue doctrine fructus perdit. Unde dominus Minist
ria que fuerant quasi aqua in nubibus tenebrosa
velo templi scisso a summo usque deorsum Math. xx
Non solum pontifici qui semel in sancta sanctorum so
lus intrabat verumetiam omnibus templum ingre
dientibus reddidit manifesta. Idem namque post
resurrectionem sensus aperuit discipulis atque
ardenter amantibus quorum exteriores oculi ne eum
viderent tenebantur quem cognoverunt postea in
panis fractione Luce penultimo. Christus igitur dei
virtus et dei sapientia facilem fecit suam doc
trinam ut eius exemplo facilitati doctores inten
derent simplicibus doctrinis velud obscuritatis scin
derent, et elucidantes sapientiam tenebrosam luci
traderent et divine scripture cognitione simplicibus
intellectibus ministrarent. Hanc autem secutus
viam beatissimus benedictus in regula sua decla
ravit suam doctrinam esse facilem et prudentis
ut ad alludam vocabulo doctrine beati benedicti re
gula doctrina potest dici quodammodo doctrina trina
iuxta illud sapientie viii. Sobrietatem docet
iustitiam virtutes: ubi secundum apostolum ad tytum ii. So
brie et iuste et pie vivere debeamus. Et sapientia
virtutem in regule accipiamus speciem pietatis

appellabant sicut ait seneca Unam vivendi regu
lam semper ad hanc omne vite tue dirige ex
tra Sz hec regula monastica est sicut illa sancta
de qua beatus paulus ad galatas vi ait Quicumque
hanc regulam secuti fuerint pax super il
los et misericordia Potest autem secundum intitu
lari Hic est liber mandatorum dei et lex que est
in eternum omnes qui tenent eam pervenient
ad vitam qui autem dereliquerint eam ibunt
in mortem



De generibus et vita monachorum
Capitulum primum

tissiribus seu de illis que committuntur labora-
tibus quia illi succedunt. Porro si quis
quod sordide aut negligenter res monasterij
tractauerit corripiatur. Si non emendauerit
regulari disciplinae subiaceat. Sordide ad i-
mmundiciem refertur Negligenter vero ad
perditionem siue fracturam Unde secundum suas
qualitates omnia debent cum debita mundicia
custodiri et nichil quantumcumque modicum negli-
gendum Quod vero dicit corripiatur ad se-
creta pertinet monitionem et publicam
Superius autem expositum est quid intelli-
gatur per disciplinam regularem scilicet
deductio per gradus Si quid debeant mo-
nachi proprium habere. Capitulum xxxiij

Precipue etc. Quia in rebus monasterij
committendis si monachi essent pro-
prietarij posset aliqua fraus committi
Postquam de rebus ecclesie committendis et personis
quibus sunt committende et per quod tractatum
est de his que conueniunt subicitur hic rubrica Si
quid monachi debeant proprium habere Precia-
pue hoc vicium etc. Quod dicit precipue intelligitur
ante omnia et maxime Quod autem dicit
peculiare intelligas quod peculium dicitur a pecude
Antiqui totam substanciam suam in pecudibus
possidebant Verba sunt augustini in libro de
doctrina christiana et recitantur in decreto. 1
q. 1. c. totum et ab isto denominatur pecunia
Nomine enim peculii vel pecunie ita dicitur

quod dicit Inchoationis regulam hanc .i. cu-
ius quod initium conversationis supra diximus non aut
descripta xpo adiuuante perficere per intellige
scilicet deo adiuuante christo cum hoc quod dicit per-
ficere contingere Et tunc demum ad maiora que supra
commemorauimus doctrine virtutumque culmina
deo protegente peruenies Facientibus hec
regna patebunt eterna Et tunc demum .i.
postquam perfeceris istam regulam ad maiora que
supra commemorauimus. Et quia sunt maiora
dicit quia nisi continet doctrinas sanctorum et
virtutes in perfectione et religionis preter culmen
deo protegente .i. procul ab inimicis defen-
dentibus cogentis peruenies Quod hoc sub-
iungit facientibus hec regna patebunt e-
terna In quibus sancti regulis non habitur perfecti
ho dyacronis possunt in summo ...
quod cum ipsis affirmo Et ego dico rogo
quod ipsi confirment ut per eius regule obser-
uationem ad culmina peruenientes virtutum
cum sanctis suis ad gloriam regni sui perducamus
eterna

Amen

Incipiunt capitula super Regula
Beati benedicti abbatis Primum